ſunt venales ex diuerſis ꝓuincijs empti: & hi quidē ad ſūmam viginti miliū non aſcendūt: Qui cū coacti eſſent a chriſtiana religione diſcedere: mahometanā nūc ſectā ſequunť. Reliqui vero Sarrhaceni q eis ſubijciunť: cꝫ molles ſint & effœminati: ex hoc cōiectare poſſumus: ꝙ his nuncꝫ licet arma tractare: nec equū aſcendere: nec virile quicquā facere: ſed vel agriculturā: vel mercaturā: vel alia huiuſmodi vilia exercent. Quod cū ita ſit: nemini dubiū eſt: quin facillime ex ea expeditione victoriā cū maximo triūpho ſis reportaturus: & ciuitatē ſanctā Hieroſolymā in q̄ ſaluator noſter dn̄s Ieſus chriſtus euangeliū prędicauit: & nouū teſtamentū nobis cōſtituit: ab īmaniſſima mahometanorū ſuperſtitione liberabis. Quę quā vana ſit: quā friuola quā nullius momēti: in p̄ſētiarū nihil attinet dicere: qm̄ eam tunc primū intelliges: cū hanc Richardi fratris cōfutationē diligenter lectitaueris. Vale.

Richardi ex ordine fratrū: qui apud latinos Predicatores appellanť cōfutatio legis latę Sarrhacenis a maledicto mahometo: tranſlata ex romana lingua in gręcā p Demetriū cydoniū: deinde p Bartholomęū Picenū de montearduo rurſus e gręco in latinum cōuerſa.

p̄s. cxviij Vot ſunt dies ſerui tui? Quando facies mihi de pſeq̄ntibus me iudiciū? Narrauerūt mihi iniq fabulationes: ſed non ſic lex tua domine: Omnia mandata tua veritas: Iniuſte pſequuti ſunt me.

Hęc verba militātis ſunt Eccleſię: flentis & gementis diuerſis ſe grauatā eſſe miſerijs: quibus liberari diuino cōfiſa eſt auxilio. Sed & ſi innumerabiles paſſa eſt eccleſia paſſiones & triſticias: omnes tamē uniuerſaliter has in tres referendū eſt. Primū quidē manifeſte ſuſtinuit rabiē pſecutionis: illatā ei ab impijs tyrānis. Hoc autē maxime ſic accidit: a quo paſſus eſt Chriſtus: uſcꝫ ad tempꝛa Conſtantini: in annis videlicet trecentis & decē: quādo Romani: qui monarchiā tenebant: & aliorū infinitus catalogus: ubicꝫ in uniuerſo orbe terrarū: īnumerabiles ſanctos dei martyres interemerūt. Pro q̄ tempore compatiens Dauid Eccleſię dicit: Quod ſunt dies ſerui tui? Quando facies mihi de perſequentibus me iudiciū? Sed ad deū ſanctorū ſanguis cū clamaret & miraculis ipſi ſplenderent repente facta eſt mutatio dexterę altiſſimi: & q prius chri-

[Margin: Tres pſecutiōes eccleſie. — p̄rima pſecutio — p̄s. cxviij. — p̄s. xxvi]